

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Jakob Carpov

Illustrationis Apologeticæ Peccati In Spiritvm Sanctvm Adversvs Iohannem Engestroem Svecvm ...

Specimen Qvintvm : De Dvplicis Satisfactionis Christi Fine Dvplici

Vinariae: [Iohann. Adam. Melchioris Vidua], MDCCXLVII.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862635918>

Band (Druck) Freier  Zugang 

381

a. B.
48. b. 8.

14:

Fa-1092 (14)

2. 2
3. 2
4. 2
6. 2
7. 2
8. 100
9. 2
10. 2
11. 2

16.

ILLVSTRATIONIS APOLOGETICAE
PECCATI
IN SPIRITVM SANCTVM
SPECIMEN QVINTVM
DE
DVPLICIS SATISFACTIONIS CHRISTI
FINE DVPLICI

AUCTORE

M. IACOBO CARPOVIO

ILL. GYMNASII VINARIENSIS DIRECTORE MATHEM. P. P.
REGIAE BEROLINENSIS SOCIETATIS SCIENTIARVM
SODALI.



VINARIAE MDCCXLVII



LECTORI
ÆQVO ET PRVDENTI

S. P. A.

M. IACOBOT CARPOVIO

Institutum
auctoris.



ntequam Vir S. R. Ioh Engestroem, Suecus, satisfactio-
nem a Christo pro ~~anxiis~~ finali et peccato in Spiritum S. consummato præstitam fuisse, aduersus me de-
fendat, id quod alterum disceptationis, in Diff. de
satisfactione Christi pro peccato in Spiritum S. mi-
hi motæ, argumentum est (Spec. I. §. 4.), duo alia
discutere is sibi proposuerat, quorum alterum ad
diuersitatem legis operum et fidei, alterum ad fa-
tisfactionis Christi actiæ et passiæ finem diuersum pertinet (Spec. IV.
§. 6.). Postquam igitur quam aduerso euentu perficerit prius, ex Spe-
cimine quarto illustrationis huius apologetice adparet, consequens est, ut
quomodo se præstiterit virum in altero locorum propositorum, vterius
disquiram.

II.

An finis er- Sed vt lector, quid sit id, de quo disputamus, intelligat, sententiam
us satis- a me defensam, a Viro S. R. vero impugnatam, exponam breuiter.
Chri-

Christus redemptor hominum, perfectam obedientiam legi diuinæ præfactionis stando, satisfactionem actuum, sed dolores animæ auernales p̄ferendo, Christi actus sanguinem fundendo et mortem ignominiosissimam subenundo, satisfactionem passiuam præstítit pro hominibus. In hoc vterque nostrum consentimus et conspiramus. Ast ubi de effectu, usu et fine utriusque huius satisfactionis passiuæ libetionis queritur, speciatim satisfactionem passiuam a Christo factam esse, ratio ad damnationis reatu homines liberarentur, actuum vero, ut salutis nationis æternæ compotes redderentur, vir S. R. negat, ego vero docui. Ita reatu enim se habent verba mea Th. Rev. T. II. §. 35: *Dum genus huminum & ex damnationis reatu eripiendum & ad salutem æternam perducendum erat (§. 5.), quorum prius patiendo, que hominibus patientia erant, posterius, perfectam legi diuinæ obedientiam actiuam præstante, per Vicarium hominum debebat obtineri (§. 21.), Christus autem hominum Vicarius erat futurus (§. 28. 34.), Christus duplēm obedientiam pro hominibus debuit præstare, passiuam, sufferendo que homines pati debuissent propter peccata Phil. II. 8. ut homines a reatu damnationis liberarentur, & actuum, legem Dei perfectissime implendo Matth. V. 17, ut per hanc obedientiam ad vitam æternam homines peruerirent; & l. c. §. 403: *Vsus satisfactionis Christi passiuæ est liberatio hominum e reatu damnationis, actiuæ, adquisitio vitæ æternae pro hominibus (§. 38.), utriusque, liberatio hominis a dominio peccati & tyrannde diaboli (§. 75.). Hac enim resultat ex acceptatione satisfactionis Christi (§. 68. seqq.), b. e. ex fide (§. 58.). At fides ad utramque Christi satisfactionem sese refert (§. 58. Sch. 1. n. 5.). Finis igitur satisfactionis Christi passiuæ est liberatio hominum e reatu damnationis, actiuæ vita æterna iis adquirenda, utriusque liberatio eorum e domino peccati & tyrannde diaboli (T. I. §. 157.), & quia hæc inmediate obtineri debent, sunt finis proximus (T. I. §. 156.).**

III.

Scilicet homo propter transgressionem legis diuinæ obnoxius erat et confirmatus damnationi æternæ (Th. Reu. T. I. §. 1500.); cum ex aduerso, si saluari vltior voluisse, præstare debuisset obedientiam perfectam legi, siquidem huic usus præmium vitæ æternæ a Deo statutum est Luc. X. 25 - 28. Matth. XIX, satisfactionis 15 - 19. Sed Christus Vicarius, in locum hominis suffectus, & reatum Christi actus damnationis ab eo auerte, & salutem æternam ei adquirere voluit (1. uæ passiuæ

Declaratio

c. T. II. §. 21-28); quod ut ficeret, praestitit loco hominis satisfactionem & actuum, legi diuinæ perfectissime obsequendo, et passiuam, dolores animæ auernales, et crudelissimam mortem post summos cruciatus perferendo. Facta igitur comparatione, aliter expediri res non potest, quam quod Christus satisfactionem passiuam subierit, ut in iudicio diuino passio Christi pro passione hominis haberetur, sive homo (si credat) a perpetiendæ damnationis reatu, cui peccatorum causa obnoxius erat, liberaretur; quodque ex aduerso præstiterit actuum, ut hac in locum deficientis obedientiæ perfectæ hominis subiecta, homo a Deo iustus reputaretur et saluaretur. Qui vtriusque satisfactionis fines diuersi, & in idea nostra seiuuncti a se inuicem, eo magis concedi debent, quoniam, neglecta ista diuersitate, sequitur absurdum. Finge enim, per satisfactionem actuum Christi homini remissionem peccatorum, liberationem a reatu damnationis, iustitiam, salutem æternam et omnia reliqua acquisita fuisse. Sic Christum pati & mori, non opus fuit, sed post legem impletam & præstitam sic satisfactionem actuum sine passione & morte in celum adscendere potuit. Sic falso Christus, oportuisse se pati, dixit **Luc. XXIV. 46.** Sic crudelis fuit Deus pater, non parcens filio unico, sed illum in mortem cruentam tradens. Nam quod passione & morte eius debebat fieri, hoc plena obedientia eius actua iam perfectum erat. Fac pariter, per satisfactionem Christi passiuam non tantum reatum damnationis hominum deletum, sed etiam iustitiam et salutem iis adquisitam fuisse. Sic perfectum obsequium, quod Christus legi diuinæ præsttit, non fuit nobis meritorum, nec relationem ad nos, sed ad ipsum tantum Christum, ne perfectioni ipsius morali aliquid deesset, aut ut propriæ obligationi legis seruandæ satisfaceret, aut ut ea seruata maiorem sibi gloriam promereretur, habuit; quod quam bene conueniat cum Gal. IV. 4, 5, facile intelligitur. Denique si dicas, per satisfactionem Christi actuum & passiuam simul hominem a damnationis reatu liberatum simul, simul ei salutem adquisitam esse, data opera omnia confunduntur.

IV. Propositum

An isti usus & fines possint conuer-
tiri?
Neque vero ego in hac sententia, quæ coniunctissima sunt re ipsa, hæc ita seungi, volo, quasi quisquam, qui non fruitur fine satisfactionis actuum, frui fine satisfactionis passiuæ, aut quisquam, qui non fruitur fine satisfactionis passiuæ, fine satisfactionis actuum frui possit. Nam dum Deus iusti-

iustificat hominem, adeoque participem declarat salutis æternæ (Th. Neu. T. II. §. 1027.), peccata ei remittit (l. c. T. II. §. 1056); unde dum prius sit propter satisfactionem Christi actiuam (l. c. T. II. §. 1039.), posteriorius autem propter passiuam (l. c. T. II. §. 1056. Sch. 1.), qui fruiatur effectu & fine satisfactionis Christi actiua, is effectu & fine passiuæ simul fruitur. Pari ratione dum Deus homini remittit peccata, iisque remissis, a damnationis reatu pronunciat liberum (l. c. T. II. §. 1055. Schol. 1.), simul eum iustificat, & participem declarat salutis æternæ (l. c. T. II. §. 1027.), quoniam omnis homo, qui non damnatur, saluandus est (l. c. T. I. §. 1497.), & quoniam remissio peccatorum & connexa cum hac liberatio a damnationis reatu parum aut nil hominem, nisi simul iustus & salutis æternæ compos iudicaretur, inuaret. At vero iterum prius sit, habita a Deo ratione satisfactionis Christi passiuæ (l. c. T. II. §. 1056. Sch. 1.), posteriorius, habita ratione actiua (l. c. T. II. §. 1039.). Quare qui effectu & fine satisfactionis Christi passiuæ fruitur, is fruitur etiam effectu atque fine actiua. Et quia sic satisfactionis Christi actiua atque passiuæ fines reapse & in concreto coherent arctissime, fateor etiam, dici recte: *Christus passus & mortuus est, ut saluemur, & Christus perfectam legi obedientiam præstít, ne damnemur, quia prius perinde se habet ac si dixisses: Christus passus & mortuus est, ne damnemur, siveque, quia aut salus aut damnatio adesse debet, saluemur, posteriorius vero conuenit cum hoc: Christus perfectam legi obedientiam præstít, ut saluemur, siveque, quia salvatus dannari nequit, non damne-* mur. Scilicet in utraque propositione non quod immediate, sed quod mediate ex ista satisfactionis Christi specie fuit, significatur; cum ego ex aduerso antea (§. 2.) de utriusque satisfactionis Christi usu, effectu & fine immedio, & in abstracto spectato fuerim locutus.

V.

Vides, Lector, e principiis Theologicis me adhuc iudicasse; quare *Loca scri-
bam quoque, quid scriptura rata ad p[ro]p[ter]o doceat, videndum est; etiam p[er]ura.
omnia, in h[ab]i[ta] doctrine rationem cadentia, loca colligere, nec neces-
se sit, nec limites præsentis scriptioris permittant. Omnia loco esse po-
test effatum Paulinum Gal. III. 13, 14: Xeis̄os īp[er]t̄ īgnōcēt̄ in t[er]r[is] karap[er]as
nū rōas, yeboueros ūnīq[ue] īmōr karap[er]as ... in t[er]r[is] rā īd[omi]nā ī id[omi]nā rā. A[ll]oc[on]s y[er]e-
tūs ī z[ep]herūs ī l[or]dū x. 5. a. in quo satisfactionis Christi passiuæ effectus &*

finis tam immediatus, quam mediatus ita, ut maxime consentaneum sit sententia mea (§. 3. 4.), exponitur. Etenim apostolus primo, Christum pro nobis factum esse maledictionem, docet; quae est satisfactio eius passiua. Deinde per hoc ipsum, quod Christus maledictio pro nobis factus sit, teste apostolo, 1) *is nos redemit e maledictione legis*, ut 2) maledictione ablata, *in gentes veniret benedictio Abrahani*, cuius, quoad suberant maledictioni, participes fieri nequivant. Quis igitur non videt, Paulum satisfactionis Christi passiuae finem immediatum ponere liberationem hominum e reatu damnationis, mediatus vero acquisitionem salutis cum omnibus bonis spiritualibus, benedictionis Abrahani nomine significatis? Nam dandam benedictionem Abrahami ponit quidem satisfactionis Christi passiuae effectum, aet redemptione nostra e maledictione intercedente. Quodsi autem satisfactionis Christi passiuae finis immediatus est liberatio e reatu damnationis, mediatus vero acquisitionis salutis, vi oppositionis sequitur, ut satisfactionis actiua Christi finis immediatus sit acquisitione iustitiae & salutis, mediatus vero liberatio e reatu damnationis, quemadmodum vtrumque ego docui (§. 3. 4.). Similis est locus, dum Deus nobis condonasse dicitur *omnia peccata* οὐ δελεισθεὶς τὸν μέτρον τοῖς δόγμασιν, ἀπὸ ὑπεραριθμήσεων, et e medio sustulisse, affigens illud cruci (Christi) Col. II, 13. 14. Nam quia crux Christi ad satisfactionem eius passiua pertinet, chirographum deletum autem, sumpta a debitoribus similitudine, reatum denotat, perinde est, ac si satisfactione Christi passiua nos e reatu damnationis, quam lex inferebat, liberatos esse, diceretur. Et ne commemorem dicta: *Christus traditus est propter transgressiones nostras* Rom. IV, 25. *Christus pro impiis mortuus est* Rom. V, 6. *Christus mortuus est pro peccatis* I. Cor. XV, 3. *Christus peccata nostra tulit in corpore suo in lignum . . . cutus vibice sanati estis* I. Petr. II, 24. *Christus dedit se ipsum pro nobis*, ut liberet nos ab omni iniustitia Tit. II, 14, alia, addo dictum vulgatissimum I. Joh. I, 7: *Sanguis Iesu Christi, filii Dei* (en satisfactionem passiua!) purgat nos ab omni peccato; quae purgatio a peccatis, hoc est, non imputatio illorum liberationem a reatu damnationis non potest non secum ferre. Quemadmodum autem satisfactionis Christi actiua finem immediatum esse acquisitionem salutis, per consequentiam iam ostendi e Gal. III, 13, 14: ita idem etiam legitur κατὰ τὸ ἵνα. Nam Paulus scribit Rom. V, 18: διὸ εἰς Χριστὸν δικαιουμένος (eiusmodi scilicet, quod transgressioni Adami opponitur), hoc est, per plenam Christi obedientię

dientiam, vel satisfactionem actiua) *ius iustitiae dictionis ius dictionis iustitiae*, supple e v. 16: *est dicoque*. Cui similia sunt verba v. 19: *dia tis iustitiae* (hoc est, per illud *dictionis v. 18.*) *et ies (Christi) dictionis naturae iustitiae* *et reatu*. Nam cum iustificatione salus coniuncta est. Interea non quidem iustior, talia quoque loca dati, in quibus iustitia & salus effectus satisfactionis passione, liberatio autem a reatu satisfactionis actiua effectus atque fons esse dicuntur. Quo pertinet, cum Deus dicitur *non cognoscere peccatum (Christum) pro nobis peccatum fecisse* (quod est satisfactionis passio), *ut nos fiamus iustitia Dei in illa* (qui est effectus satisfactionis actiua) 2. Cor. V, 21. Attamen eiusmodi loca sententiam, a me defensam (§. 3. 4.), non destruunt. Nam vti in hoc loco ad Corinthios dictum non est, iustitiam atque salutem esse finem & effectum immediatum satisfactionis passione, ita nec in aliis. Quare quin illa de mediato effectu fineque secundum ante dicta intelligamus, nil obest.

VI.

His præmissis, quid contra in mentem Viro S. R. venerit, videbimus et discutiemus. Ad Th. Rev. T. II. §. 402. 403. quorum posteriorem antea repetii (§. 2.), commentatur ita p. 60. 61: *In his recte ratiocinatus Vir Cl. de medio satisfactionis tam actiua, quam passio, nimis tamen adcuratus est censor limitum satisfactionis virtusque, eam, procul dubio, ob causam, ut, cum, satisfactionem Christi esse universalem, absolute negare, non audeat, universalitatem ad satisfactionem actiua referat, ne sibi obstet, dum, satisfactionem passiua se ad finalem actiua quoque extenderet, negat* (Coniectura infelix, dum aliis plane argumentis nitor). Profecto, si quereretur, an Christus per satisfactionem passiua nihil egit, nisi ut a damnatione sola liberarentur homines? Ego utique non responderem affirmando; quin imo nec ad questionem, an Christus per satisfactionem actiua tantummodo nobis aequisuit salutem, b. e. vitam aeternam? Sed quid Vir S. R. adfirmare vel negare velit, hoc nil ad me. Mea sententiae dilucida argumenta proposita esse, sufficit.

Quæ sit sententia opposentis contraria?

VII.

Sed ne auctoritatem propriam Vir Cl. opponere mihi videatur, prouocat ad Scripturam, sic pergens p. 61: *Scriptura in hunc sensum (sc. quod LIII, 5. con- latisfactio Christi passio ad auertendum damnationis reatum, actua ad fieri, usum sa- adqui- tisfactionis*

Christi passio-
ne esse ad-
quisitionem
salutis ater-
nae?

adquirendam nobis salutem facta sit) non loquitur. Esa. LIII. 5. non tantum extat Christum vulneratum esse propter prævarications nostras et attritum propter scelera nostra, sed et additur כוֹסֵר שְׁלָמָנוּ עַלְיוֹן וְכָבָרוּ נֶרְפָּא לְנוּ h. e. castigatio pacis nostræ super illo, et in livore ipsius sanatio facta est nobis. Quin heic per מִסְרָר castigatio, eaque poenalis indicetur, per antecedentia proxime, et sequentia, negari nequit, presertim, cum et alibi per S. S. talis applicatio obveniat. Vid. JER. XXX. 14. PROV. VII. 22. et conf. STOCK. Clav. Ling. S. Vet. T. pag. 455. 456. שְׁלָמָן designare pacem eamque spiritualem, quam Christus nobis adquisiuit, per se clarum est. Quia an absentiam tantum periculi, atque damnationis, involvat non dixerim, quandoquidem spiritualis pax prosperum iuxta statum importat, vid. ESA. IX. 6. PSAL. LXXII. 3. IER. XXXIII. 6. ROM. V. 1. XI. V. 17. JOH. XIV. 27. XVI. 33. et conf. STOCK. l. c. pag. noz. nec non Clav. Ling. S. Nov. T. pag. 345. חִבּוֹרָה denote liuorem, vibicem, ex lafione cutis, patet ex dicto PROV. XX. 30. In de legitur de pena Judaorum ESA. I. 6. et in plurali PSAL. XXXVIII. 6. de sensu poenæ, atque iræ, Divine; ut sic facilis ad passionem Christi sit applicatio. Tandem et רְפָא. vnde in textu Prophetæ, pro negotio spirituali, „designat reparationem valetudinis spiritualis, qua tolluntur animæ infirmitates, conscientiæque cruciatus, restituta in Deo tranquillitate, viriumque ad bene agendum robore, seu, „qua peccata, velut spirituales morbi, vulnera, et plagæ, auferuntur, „et condonantur, novæque vires spirituales conferuntur, ut idem sit ac remittere, condonare, peccata, 2 PAR. XXX. 20. P. AL. VI. 3. etc. verba sunt STOCKII in Clav. Ling. S. Ver. T. pag. 1030. „Ex his non colligere non possum, usum, atque finem, passive satisfactionis Christi, præter liberationem hominum e reatu damnationis, etiam ponere spirituæ bona, ad vitam eternam homini conferenda, cum, aliquem liberum a reatu damnationis esse, nec tamen bonis gaudere, ad eternam vitam ducentibus, contradictionem implicit; nisi inter statum damnationis, et statum reparatae gratiæ, singatur status aliquis intermedius, quem plane Scriptura nescit. Respondeo hic sequentia:

1. Dum dicitur: castigatio pacis nostræ (est) super illo (Messia), concedo, intelligi castigationem poenalem, et להם designare pacem spiritualem, quam Christus nobis adquisiuit. Hæc vero in quo sita est? In hac relatione Dei et hominis erga se inuicem, ut Deus nolit amplius per poenam homini malum inferre, homo autem nolit gloriarum diuinæ amplius

plius aliquid peccando subtrahere (Th. Rev. T. II. §. 1104.). Itaque hoc prophetae effatum non destruit, sed confirmat sententiam meam, usum et finem satisfactionis Christi passione vel castigationis penalibus esse, ut a pena diuina, speciatim a damnatione homines liberentur. At pax spiritualis prosperum iuxta statum importat, quod docent loca excitata. Sunt multa in iis locis, ex quibus id non adparet necessario, et in quibus contra pax spiritualis id tantum, quod dixi, significare potest; quod nisi breuitatis studiosus esset, ostenderem plenius. Sed fac, pacem spiritualem denotare etiam prosperum statum quandoque; sic, quod in loco lesiae, qui sub manibus est, illum etiam denotet, adhuc probandum est; quia e vocis significatione in uno loco non, ut illa in alio loco actu obtineat, sed tantum ut obtinere possit in se, sequitur. Ast illud quoque, si probatum fuerit, nil tamen profectum est. Nam salua thesi mea, concedo, dici recte: *Christus passus est propter salutem nostram*, quatenus eiusmodi propositio finem passionis Christi non directum et immediatum, sed indirectum et mediatum indicat (§. 4.). Nam finem satisfactionis Christi passione constitutus liberationem nostram a damnationis reatu, de fine directo et immediato locutus sum.

2. His vero ita se habentibus, ictus inanis est, dum Vir S. R. scribit: *aliquem liberum a reatu damnationis esse, nec tamen bonis gaudere ad eternam vitam ducentibus, contradictionem implicare*, concluditque:

Si usus atque finis passione satisfactionis Christi, praeter liberationem hominum a reatu damnationis, non est, ponere spiritualia bona, ad vitam eternam homini conferenda: inter statum damnationis et statum reparatae gratiae status aliquis intermedium singendus est.

Sed falsum est posterius, E. etiam prius;

quoniam in hocce syllogismo consequentiam pernego. Nam aliud est, a reatu damnationis liberari, nec tamen ad salutem duci; aliud, propter satisfactionem Christi passiuam a reatu damnationis liberari, nec tamen propter illam ad salutem duci. Prius si de vlo homine doceretur, ad statum intermedium consequentia valerer, at ex posteriori, quod ego doceo, ad hunc statum nullo modo recte concluditur. Nam si dicam: propter satisfactionem Christi passiuam homines a reatu damnationis libertantur, ad salutem vero eternam ducuntur, non propter illam, sed (immediate) propter actuam satisfactionem Christi, ita tamen, ut posterius hoc nunquam a priori reapse separetur; E. datur status inter salutem atque

Q.

damnationem.

damnationem intermedius: absurdam esse consequentiam, est in promptu.

VIII.

An ex Gal. IV, 4, 5, constet, usum satisfactionis Christi actiua esse liberacionem nostram a reatu damnationis?

Ad alium locum Vir S. R. progredivit, quo iam per satisfactionem actionem Christi homines etiam ex reatu damnationis eruptos fuisse, probatum it, sed pariter euentu irrito. Ita autem ille p. 62. 63: *Pariratione, se consideravero locum GAL. IV. 4. 5. fuit, satisfactionem Christi activam etiam inuoluere libertatem a reatu condemnationis.* Ita PAULUS: „Deus misit Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, in rebus iuxta iacobos ἐξαγέλων, in rebus iudeis ἀπολάβων, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem consequeremur.“ Concedit Vir Cl. dictum hoc de satisfactione Christi actiua agere §. 1039. Schol. 3. p. 903. licet addat, Et indicare, „quod ab obligatione perfectam legi obedientiam praestandi liberos nos θεός reddiderit.“ At enim vero causam propius non tangit Vir Cl. Nullum poterit esse dubium, quin ἐκενόν sit beic sumendum secundum dictum Gal. III, 13, ut sic ad statum servitutis respiciat Apostolus, cum esse sub lege, Et esse sub gratia, sint opposita. Nam vero captiui eramus, sub lege existentes, Et maledictioni subiecti, ex quo legem teneremus, fieri non poterat. Ex statu hoc servitutis, Et maledictionis, Christus nos redemit etiam satisfactione actiua, docente Apostolo, eripiendo nos ex reatu condemnationis secundum legem, ut sic praeter adoptionem, tamquam bonum quid, nobis in salutem collatum, satisfactione quoque Christi actiua, maledictionem legis, tamquam malum quid, a nobis remouerit. Et certe, liberare ab obligatione, ut cum Viro Cl. loquar, alio in loco diserte quoque ad satisfactionem Christi passiuam referatur, vid. Col. II, 14. Quæ cum ita sint, limitibus adeo strictis utramque satisfactionem circumscribere, atque circumscripsit Vir Cl., videtur, contra Scripturam esse. Verba mea, ad quæ prouocatum est, Th. Reu. T. II. §. 1039. Sch. 3. p. 903. te habent ita: Paulus filium Dei, ex muliere natum, legi factum esse subiectum, dicit, ut redimeret res iuxta iacobos Gal. IV, 4. 5, clarissime his verbis indicans, quod ab obligatione, perfectam legi obedientiam praestandi, liberos nos θεός reddiderit, dum ipse praestitit pro nobis: in quibus, fateor, de actiua satisfactione Christi apostolum intellexi. At quia nullam addidi particulam exclusuam, nil quidquam mihi, quin latius mentem Pauli extendam, obest, licet sententia contraria Viri S. R. nil inde lucratura sit. Duo sunt in verbis apostoli, quæ attentionem nostram

stram postulant: 1. *Christus est iherosolimae iuris regis*, 2. *hoc factum est ideo, in rebus iuris regis iherosolimae*. Sed quomodo, quæso, nos homines eramus sub lege? Nonne 1. ita ut ad perfectum obsequium legi præstandum, si saluari velimus, obligaremur, 2. ita, ut illo non præstito, maledictioni legis subiecti essemus? Itaque dum Christus hominum loco legi subiectus fuit, pariter is ita fuit ei subiectus, vt 1. perfectum obsequium ei præstaret, quod est satisfactio eius actiuam, 2. vt maledictionem legis perferret, quod pertinet ad satisfactionem passiuam. Nam quid sit illud *iherosolimæ*, elucet. Scilicet Christus erat *christus iuris regis*, qua satisfactionem actiuam, ut homines liberaret ab obligatione, perfectam legi obedientiam præstandi, postquam ipse præstitit pro nobis, sicque effecit, vt, licet a nobis ipsis non præstita obedientia perfecta, saluari tamen possimus, quod docui Theol. Rev. l. c. Sed erat etiam *christus iuris regis*, qua satisfactionem passiuam & sustinendam maledictionem legis, ut homines e reatu damnationis liberaret, postquam ipse maledictionem pertulit, sicque effecit, vt fracta licet a nobis lege diuina, maledictionem & damnationem tamen effugere queamus, quod iam addo. Consentientem in eo inuenio Baldinum, qui in Comment. in Epp. Paul. ad d. l. p. m. 814. sic habet: *Factus est (Christus) sub lege quatuor modis: 1. quia natus ex populo, subiecto legi, seu stante politia Mosaica, & sic fuit sub lege politica. 2. Quia fuit circumcisus, sic erat sub lege ceremoniali. 3. Quia per omnia legi Mosaica fuit subiectus in omni vita sua, sic fuit sub lege morali. 4. Quia subiectus fuit penitus legis, quæ nobis debebantur. Etiam hoc modo fuit sub lege morali.* Et hic modus nostræ emancipationis esse debuit: nam per obedientiam suam actiuam & passiuam, legi perfecte præstata, nos ab observatione legum ceremonialium, a rigore, terrore & damnatione legum, etiam moralium liberauit cert. An sic satisfeci emphasis vocis *iherosolimæ*, ex Gal. III, 13, ostensæ? Arbitror sane, quid amplius postulari queat, non intelligens. An vero inde sequitur, Christum satisfactione actiuam nos redemisse e damnationis reatu? Minime vero, quia id ad alteram potius subiectionem, quæ in satisfactione passiuam est, pertinet. Contra Vir S. R. emphasis plenam dictio: *Christus est iherosolimæ iuris regis*, non adsecutus est, de sola subiectione qua satisfactionem actiuam illam intelligens, cum subiectionem qua satisfactionem passiuam pariter indicet & complectatur. Quod autem ad Col. II, 14, quod *Christus cruce sua deleuerit chirographum contra nos, attinet, chirographum ibi, similitudine a debitöribus desumpta, obligationem ad pœnam*

Q3

nam

nam sustinendam significat; de qua explicui Th. Rev. T. II. §. 683.
Sch. 3. Itaque hic locus etiam sententia mea, quod satisfactio Christi
passiva ad hominem e reatu damnationis eripiendum sit facta, consentaneus
est. Quibus sic se habentibus, nec nimis strictis limitibus utramque
satisfactionem circumscripsi, nec egi contra scripturam, sed de distincis agens distincte; cuilibet satisfactioni adsignauit effectum, ad eam
pertinentem.

IX.

Responsio ad auctoritatem progressus Vir S. R. scribit porro p. 63: Recete omnino Buddeus in Theol. Dogm. pag. 866. 867: „Generatim omnibus Christi passionibus peccatorum expiatio diserte tribuitur Es. LIII, 4, 5. „Ebr. II, 9. Attiuam vero etiam, quam vocant, obedientiam ad satisfactionem Christi pertinere, vel Paulus nos condocet, Gal. IV, 4. adserens, „Filium Dei unigenitum, natum ex muliere, legi subditum esse, ut eos, qui sub lege erant, redimeret. Et si enim Christus per summam suam sanctitatem nihil agere posset, quod legi repugnaret, obligationi tamen legis, a qua immunis erat, sponte sua se submisit, ut coactione, ac maledictione eius nos liberarer, conf. & Rom. VIII, 3. Finis, simulque effectus, istius satisfactionis fuit hominum cum Deo reconciliatio 2. Cor. V, 18, 19. Rom. V, 10. adeoque & abolitio obligationis, qua hominibus inhabebat, aut ad implendam exacte legem, aut ad sustinendam penam; qua Apostolo chirographi nomine venit Coll. II, 14; Hinc porro liberatio a maledictione legis Gal. III, 13. a metu mortis Ebr. II, 14, 15. 1. Cor. XV, 54, 55. & potestate diaboli 1. Ioh. III, 8. „Hic nullos ponit limites, sed simpliciter totum opus redemptionis ad obedientiam utramque referens, dictum ex ase sequitur Scriptura Sacra. Quasi vero recentioribus non licet accuratius determinare, quae industria effugerunt vetustiorum! Sane si maiores nostri sic mente adfecti fuissent, ut scriptura licet praeeunte, nil dicere, nisi quod dictum fuerat prius, ausi fuissent, hodieque misera esset Theologiz conditio, tenebrisque papalibus toti adhuc essemus immersi. Non male Horatius in Romanos; præsca laudantes, noua autem quia noua erant, reprehendentes, inuestitus, canit. 2. ep. I. v. 90.:

Quodsi iam Græcis nouitas invisa fuisset;

Quam nobis, quid nunc esset vetus?

Sufficit doctrinam meam scripturæ non tantum non repugnare, sed etiam cum:

16.

cum illa exakte consentire (§. 5.), falsamque ex aduerso & vanam glorificationem esse; dum contraria doctrina ex *esse scripturam sequi* dicitur.

X.

Succedit adhuc aliud argumentum p. 64: *Neque enim sine sanguinis effusione facta est remissio Heb. IX. 22. 13. 14. neque sanguinis effusio sine obedientia actiua PHIL. II. 8 conf. MATTH. XXVI. 39. ESA. LIII. 7. Et satisfactionis quid porro? Nisi determinasset se Christus ad passionem subeundam; an fecisset voluntatem Dei? an sic legem impleuisset? conf. PSAL. XL. 9. Determinatio vero illa, et contemptus ignominiae HEB. XII. 2. anno ad obedientiam actiuam referatur? Si ita; patet utique, hanc ab obedientia passiuam, nec unquam se iunctam fuisse, neque unquam separari posse, per consequens ab altera secundum, atque finem, utriusque fuisse, esse, et manere, eundem, quippe qui iuncta fuit sine concurso viriusque dari non quam potuit. Quibus verbis sic, videlicet, illatum esse?*

Si obedientia Christi passiuam nec unquam ab actiuam se iunctam fuit, nec unquam separari potuit, sequitur, ut usus atque finis utriusque fuerit, sit et maneat idem.

Sed verum est prius, quia passionem Christus non subiisset, nec sanguinem suum profundisset, quae est satisfactio passiuam, nisi determinasset se ad passionem subeundam et sanguinem proprium fundendum, quae determinatio est obedientiae vel satisfactionis actiuae.

E. verum est posterius;

Ego vero syllogismi consequentiam nego. Primo enim obedientia Christi actiua; generatim spectata, et ad legem moralem totam, nec non ad ceremonialem forensemque se extendens, distinguenda est ab hoc obedientiae actiuae specimine singulari, quo Christus sponte se ad passionem et mortem subeundam determinauit: et per fallaciam factum est, quod in antecedente syllogismi obedientia actiua simpliciter pro hoc specimine eius singulari posita sit. Itaque licet unicum hoc specimen singulare obedientiae actiuae cum obedientia passiuam usum et finem eundem haberet, non tamen recte inde ad obedientiam omnem reliquam concluderetur actiua, quia nil obstat, quin omnis reliqua obedientia actiua tetenderit ad salutem homini acquirendam; passiuam contra ad reatum damnationis ab homine declinandum tendente. Deinde quod ad dictum specimen singulare obedientiae Christi actiuae, quo sponte se ad passionem subeundam determinauit, attinet, dupli modo illud, sc. et in-

Q. 3.

2

2

2

2

2

2

30.

DFG

se, et quatenus est principium obedientiae passuum, spectari potest. Et quamvis posteriori modo spectatum, usum et finem illum, quem obedientia passua produxit immediate, produixerit mediae; spectatum tamen in se, ad obedientiam actiua pertinet, adeoque effectum obedientiae actiua produxit, puta, ut homo propter illam quoque iustificari et saluari possit. Quibus distinctionibus notatis, ut notari debent, conclusio illata contra me, irrita facta est.

XI.

An pro $\alpha \tau \sigma \alpha$ temporia Christus præstiterit satisfactionem passuum?

Quidquid igitur Vir S. R. dixerit, peccata, quorum expiationem Deus voluit, expiata fuisse satisfactione Christi passua, saluum manet (§. 3). Et quia $\alpha \tau \sigma \alpha$ temporaria est tale peccatum, pro hac etiam passuum a Christo satisfactionem præstitam fuisse, sequitur. Pertinent huc verba mea Th. Rev. T. II. §. 394: *Queris: an Christus pro hac $\alpha \tau \sigma \alpha$ temporaria satisfactionem præstiterit? Questionem aut de actiua, aut de passu intelligis satisfactionem. De actiua non potes intelligere, quia $\alpha \tau \sigma \alpha$ temporaria peccatum (§. 390), peccatum autem per passuum satisfactionem compensandum est (T. I. §. 14.). Ita igitur formata questione: an Christus pro $\alpha \tau \sigma \alpha$ temporaria satisfactionem passuum præstiterit? respondemus adfirmando. Nam cum omnis homo ad tempus in $\alpha \tau \sigma \alpha$ veretur, ut dictum, quæ in se tamen, ut peccatum (§. 390.), damnabilis est (§. 60.), aut propter illam omnem hominem damnari, aut Deum illam homini sine satisfactione passua præstita remittere, aut Christum pro hac etiam satisfactionem passuum præstitisse, aut ipsum hominem eandem præstare, dicendum est. Nullum enim aliud supereft membrum. At vero non omnes propter $\alpha \tau \sigma \alpha$ temporariam damnantur, quia, quicunque, illa relictæ, fidem seruant finalē, saluantur (§. 60. 61.). Nec Deus illam homini remittere potest sine satisfactione passua (T. I. §. 711.). Nec ipse homo potest pro eadem satisfactionem passuum præstare, si saluandus est; quoniam per ipsam damnationem satisfactionem passua pro transgressione legis fidei præstanda est Deo (§. 64. 60. et T. I. §. 14.). Nihil igitur supereft, nisi ut dicamus, quod Christus præstiterit satisfactionem passuum pro $\alpha \tau \sigma \alpha$ temporaria, b. e. pro transgressione legis fidei, quæ fit ad tempus.*

XII.

Enim vero istud quoque Vir S. R. contrariam sententiam de utriusque satisfactionis Christi usu et fine secutus, improbat. Ita is enim p. 64: sit

Continua-
tio.

Sit itaque, *āxīs* peccatum est, morte piandum, sublatum per satisfactionem Christi passiuam, an ideo vice sublatum sit per hanc ipsam? Non crederim; (rectius: crediderim), cum, nisi Christus, ad voluntatem Dei se conformans, mortem subiisset, sublatum illud nunquam fuisset. Quocirca necesse est, satisfactioni actiua quoque tribuendum esse, statuamus, quod homo a reatu damnationis, est liberatus; ut adeo, peccatum *āxīs* sub considerationem actiua satisfactionis Christi nullo modo venire posse. Vir Cl. sine sufficienti ratione contendat, et sequatur omnis, eque late patere utramque satisfactionem indicatam. In quibus concludit ita:

Si peccatum *āxīs* sublatum non fuisset, nisi Christus ad voluntatem Dei se conformans, mortem subiisset, sequitur, ut illud *āxīs* peccatum sublatum sit per satisfactionem Christi actiua & passiuam simul.

Sed verum est prius. E. et posterius.

Huic vero argumento quid respondeam, ex paulo ante dictis potest abunde intelligi (§. 10.); quocirca quæ sunt dicta repeterem, hoc esset opera abuti. Et quia ex his omnibus Lector, non sine ratione sufficiente me contendere, quod expiatio peccati *āxīs* non ad actiua, sed ad passiuam Christi satisfactionem pertineat immediate, meque utriusque satisfactioni Christi proprium usum atque finem iure tribuisse, intelliget, manum iam de hac tabula retrahere, nouoque disceptationis argumento in aliud tempus dilato, ad id progredi, quod officii ratio indicere iubet, licebit.

XIII.

Nimirum cum post omne spatium semestre Gymnasium nostrum, tanquam secundum reipublicæ & ecclesiæ seminarium, neuos Candidatos academiis dare consueverit, in præsentia quoque sex iuuenes, morum honestate & profectum bonitate, ex parte etiam PARENTVM gloria commendabiles,

*Syllabus
oratorum
cum argu-
mentis de-
clamatio-
num.*

I. GOTTLLOB GERING

Gaberndorfio - Vinariensis,

II. CHRISTIANVS GVLIELMVS OEMLER

Denstadio - Vinariensis,

III. IOHANNES CHRISTIANVS BLVMROEDER

Ilmenauensis,

IV. CAROLVS MAVRITIVS WAGNER

Birsteino - Ysenburgensis,

V. FRIDERICVS GVLIELMVS BEYER

Buttstadiensis,

VI. IOHANNES FRIDERICVS BERGLER

Reinstadio - Altenburgensis,

præsto

praestō sunt, qui subsellia scholastica cum academicis commutare, & ad superiora accedere studiorum genera, Deo opitulante, in animum induxerunt. Pro more igitur & sanctis Gymnasi publice valedictoris, simulque nouissima *) profectuum specimina edituris argumenta declamationum, miscella quidem, atamen temporis rationi ex parte accomodata, sic dēdi, vt

PRIMVS de Belgarum republica postumis inclita,
SECVNDVS de utilitate lingue Syriacæ in Theologia,
TERTIUS de punto Mathematico,
QVARTVS de libertate Genuensium vacillante,
QVINTVS de risu,
SEXTVS de rhinocerote, qualem in' nostris terris rarissimam belluam
præterita estate Vinaria quoque vidit, dicturus sit, oratoribus nostris lingua-
rum varietati laudabiliter sic studentibus, vt primus & sextus sermone La-
tino, secundus Syriaco, tertius Germanico, quartus Italico, quintus vero
carmine Latino utatur.

XIV.

Inuitatio
cum voto.

Ne igitur in hac Gymnasi sollemnitate officio meo deesse videar, ad Vos, PRAESES SVMMORVM COLLEGIORVM ILLVSTRISSIME, VIRI IL-
LVSTRES, EXCELLENTISSIMI, MAGNIFICE, SVMME MAXIMEQVE
REVERENDI, CONSULTISSIMI, EXPERIENTISSIMI, CLARISSIMI,
DOCTISSIMI, HONORATISSIMI, qua fieri decet obseruantia, accedo, vt,
otii hora aliquando grauioribus Veltis negotiis interposita, cras hora IX. ma-
tutina Gymnasium præsentia Vestra desideratissima illuminetis, atque ora-
toribus nostris auscultatione beneuola animum addatis, impense Vos rogans
& obsecrans. Quod autem ad nostros academiæ Candidatos attinet, hos quem-
admodum voce ultima, vt tempus academicum sic, quo largos inde fructus
in communem propriamque utilitatem capiant aliquando, collocent, nequa-
quam vero a semita virtutis & diligentiae, quam calcare coeperunt, auocari
se patiantur, horror, ita quilibet eorum dimitto verbis Horatii:

I, bone, quo tua te virtus vocat, i pede fausto.

*) Nimirum secundus atque quartus olim etiam publice declamando lau-
dem sibi pepererunt, yti de illo e programmate nro de iure pacificationis
principum, de hoc ex illustrationis præsentis apologetice specinwne quarto
adparet.

P. P. VINARLÆ DIE XXIV. SEPT. MDCCXLVII.



Index.

- 1.) Hafas de Tribus fuita creditus recessarius. P. I.
 2.) _____ P. II.
 3.) _____ P. III.
 4.) Lampe de Inspiratione.
 5.) Norren de Donis Spiritus S. Extraordinariis P. I.
 6.) _____ P. II. (*Rel. VI. Tom. II. Theolog.*)
 7.) de Iurib. Satana. veris & pratenfis in gen. humarum.
 8.) Kirchhoff de Christo homine obligatione legum dis. artecc. & extera soluto.
 9.) Norren de Summo Dominio scandivno Galtati in Universam.
 10.) Scheele de Prudentia Salutis humanae per Christum parta pre felicitate concreata in statu integr.
 11.) Norren de Fide in Nomen Domini nostri Iesu Christi; filii Eci.
 12.) Corpori Illustrationes apologetica Peccati in Scriptura Sanctum Specimen I
 13.) _____ Spec. II
 14.) _____ Spec. III
 15.) _____ Spec. IV
 16.) _____ Spec. V
 17.) _____ Spec. VI
 18.) _____ Spec. VII
 19.) Observationum contra Corpori sententiam de Peccato in Sp. S. Pars I.
 20.) Schwarz de Senfum in dijudicanda Transubstantiatione Missatio Testimonia.
 21.) Norren de Auta Beatorum gloria post consummationem Mediatis.
 22.) Lampe de Sacramentorum Aeternitate. Pars dogmatica.
 23.) _____ Pars elenchatica.
 24.) Norren de Rebus Tabernaculi typis coelectum.
 25.) Camerarius de Lucta precum.
 26.) Meier de Discrimine ejus quod Naturale & Morale dicitur in Theologia.
 27.) Serpili Oeior Theologorum.
 28.) Zacharia de Fraternitate Christiana.
 29.) Eliwig de Projudiciis praticis Christianismo noxiis.
 30.) bon Weisgerber de Prudentia rupturientium gamica.





Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. [redacted]

aremus. At verò immanè quantum hæc Veterum Agapis distant? Tantum enim convivia nostratium esse ejusmodi exercitias, & modestias, ut ferè nihil aliud nisi symtiones dici mereantur. Ubi non tantum esurientibus sufficit, nec bibitur, quantum etiam quantum volupe, ita, ut non solum qui excessus tortè inter humanas fragilitet, sed etiam plurimi talibus epulis cibotent, ut, quæ recta & justa sunt, facere neant, quod, qui convivia vel nuptialia, vel alia otios occupatus sit, quæ & ipsum & alios ànt. De mulierum ornatu nondum dixi, tur, dum ornantur, animus est. Aliter enim eis, aliter in huptiis induitæ videri amant. minima dies consultando, cursitando, assando, do, ineptiendo transigitur ab aliis, quibus um, ut recte curentur omnia. Jam verò omnia cultus sui impedimenta vult remota

Ita nox porro in diem mutatur & sequens contra naturæ ductum, nocturnæ quoque ræbent multis flagitiis, quæ stata dies pro quoque Imperatores Leo & Anthemius Decretis ederi volentes, omnia ejusmodi convivia ouerunt. Ipse etiam Lutherus his de causis tias die Dominicâ abrogavit, teste B. Bal. Consc. Ita Dominicis etiam diebus pro Synodo Aquisgranensi sub Ludovico I, Imp. Jan. 17. part. 2.

Qv. Quid de Choreis in nuptiis sentendum? ait, dicitur ἀπὸ Χαροῦ, quod ea sit quæficatio. Et Servius, dum interpretatur gilius: u[er]o si ibidem hoc non mundorum 28 mi. mensis istiusq[ue] eius

Omnis